

officium est ex presentibus futura pendere aduersus aduenientium calamitatem, se consilio prænunire.

Quibus quidem doctissimis Senatoribus conuenit recte, quod de Consiiliariis dixit Alphonius Rex in l. 5. tit. 9. part. 2. Et tales debent de seruis Consequeros al Rey, que muy de lueñe sepan catar las cosas, è conocerlas antes, &c. Et iterum ipse Rex in l. 1. tit. 5. part. 5. E porende debe catar muy de lueñe las cosas, que son a su pro, è a su honra, è a su guarda. Et probatur Genes. cap. 49. & 41. Et Daniel. 27. cap. Scientia etenim, prudentia, & arte debent coniectare, quæ utilitati publicæ conueniunt, vt inquit Plato. lib. 6. de sapientia Ciceronis Philipp. 11. Pro quibus merito velut fortissimis humeris (in quibus tota Hispanica Respublica valide requiescit) potest recte Regi nostro Catholico dici, quod Claudianus in Rufinum.

Quid dignum te laude seram, qui penè ruentis Lapsurisque tuos humeros obiceris Orbi?

Alia multa circa Senatus huius supremi grauitatem, f. fidem, & auctoritatem, vigilantiam assiduum in Reipublicæ salute, atque etiam quanta vbiq; debeatur fides eius relationi fidelissimæ, post examen causæ vrgentis ad retentionem litterarum Apostolicarum, longa ferie scriptimus in cap. 3. vnic. à num. 45. vers. Sed licet hæc ita se habeant, & pluribus num. seqq. & signanter à num. 53. vsque ad finem §.

Hæc etenim vna est obligatio Regis, vt pro salute Reipublicæ f. semper euigilet, cum finis, quo Reges, & Regna instituta fuere, & creata, is sit dumtaxat, vt regnent, Regnumque in pace consequantur, ac iustitia, Cicero. lib. 2. de officiis, Aristoteles 1. Ethicor. lib. 4. Cremen. in Rapsid. capitul. 2. Plato. lib. 1. Ciuili. Diuus Thomas in opusculo ad Ducissimam Barbaram, Valençuela consil. 70. num. 3. Azeued. consil. 37. num. 16. Molina disputat. 25. Bobadilla in Politica. lib. 2. capitul. 1. num. 2. Top. de Princip. potest. cap. 5. num. 27. Bardellus consil. 111. num. 47. Cardinalianus de Irachio Regio. part. 1. num. 124. Menochius consil. 1283. num. 33. Aldouin. consil. 20. num. 218. Petrus Gregor. de Republica, lib. 6. cap. 6. num. 4. & 5. Natta consil. 179. num. 3. Paladotius lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 1. n. 5. Afflicti decif. 265. n. 80. & 81. Matta voto 116. num. 21. Galliac. conf. 1. à num. 57. & conf. 46. à num. 21. & 22.

Retentionis igitur f. remedium hoc, quatenus tendit ad humani generis utilitatem & salutem Reipublicæ, vt favorabile omnino amplectendum erit, vt iura docent, l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. l. congruis, ff. de officio Præs. l. cum hi de transactionib. l. si cui de seruitutib. l. in fundo de rei vindic. l. 3. §. hi qui, ibi: Quod in commune utile est, ff. ad Silianian. facit. l. si operis, §. penult. l. si longius. 10. §. 1. de iudiciis, cap. licet Hali. de simonia, cap. vt fama, de sentent. excommunicat. cap. fin. de postulat. Prælat. B. in l. quemadmodum, C. de agric. & censu. lib. 11. & ibi latè Lucas de Penna, Bald. in l. 1. num. 5. C. de nouo Cod. facien. & in l. omnes populi, num. 23. de iustitia & iure, & in Authent. ingressi, num. 24. in fine, C. de sacrosanctis Eccles. & in l. cum quidam, column. 5. versicul. Primò ergo, ff. de liberis & posthum. Felin. in cap. de quarta, col. 5. de præscription. Decius in cap. Eccles. Sancta Maria in fin. versicul. Et materia fauorabilis, de con-

stitutionibus, & in consil. 327. num. 5. & consil. 85. column. 2. Alexandet consil. 171. column. 2. versicul. Fortificat. lib. 3. Romanus consil. 105. column. vltima, Farinacius consil. 25. num. 13. lib. 1. Vbi Fabianus Cenfolinus, littera H.

CAPVT VI.

Novitatis & abusus notorij causa, an legitima sit dicenda ad Bullarum retentionem.

SVMMARIVM.

Terminus antiquus à Patribus nostris constitutus transgredi non libet, num. 1.

Mutatio ipsa consuetudinis, etiam qua adiunat utilitate, nouitate perturbat, num. 2.

Novitatis & abusus effectus est turbare Rempublicam, & statum inquietare, num. 3.

Omne nouum, & incognitum, quid suspectum est, ibid.

Mutatio in melius sapè numero consuevit maiorum malorum esse principium, ibidem.

Nemo est tam fortis, qui rei nouitate non turbetur, ibid.

Periculosa est omnis in Republica legum mutatio, ibid.

Ecclesiastica instituta, & Concilia laudabiliter in Regno obseruata, & moribus Prouinciarum recepta semper seruanda sunt, num. 4.

Ex nouitate, & abusu turbatio popularum oritur, num. 5.

Ad perpetuam, & communem utilitatem, qua fuere introducta, nulla mutatione varianda sunt, num. 6.

Statuta saluberrima à maioribus constituta, nec excedenda, nec immutanda sunt, num. 7.

Ex mutatione, & nouitate circa ea, qua à patribus nostris admissa sunt, iuri publico detrahuntur, num. 8.

Ex nouitate, abusu, & mutatione eorum, qua ab antiquo sunt obseruata oritur scandalum tantquam causa à causato, num. 9.

Ecclesiæ vniuersalis concordia inluditur, si qua à patribus instituta fuere, atas subsequens reuenter obseruet, num. 10.

Mutanda non erit consuetudo, qua Princeps diu contulit beneficia, ne ex nouitate, & mutatione oriatum scandalum, num. 11.

A restitutione Regni excusat Rex est iniustus possessor, si magnum damnum inde oriatum suo statui, ibidem.

Inuipatronatus laicorum, licet de iuris rigore possit Papa derogare, tamen non est faciendum cum tanto Regis, & Regni scandalo, num. 12.

Si ex præcepto iniusto Papa vehementer præsumitur statum Ecclesie turbati non est parendum, num. 13.

Propter scandalum vitandum receditur à forma data, num. 14.

Ob scandalum vitandum Ecclesia patitur Decimas non selui in Prouinciis, in quibus selui non consueuerunt, num. 15.

Ecclesia multa debet tolerare ob scandali timorem, num. 16.

Multa

Multa per patientiam tolerantur, que exigente iustitia in iudicium deducuntur non tolerantur, num. 17.

Canonem nouum Papa potest Episcopus contradicere, eò quod Religiosi sue non conuenit, n. 18.

A constitutionibus maximè Pontificalibus supplicari licet, eò quod non conueniens moribus veteris Regni, num. 19.

Novitates, & abusus cum sint genitricis scandali in damnum publicæ utilitatis, iusta causa est ad Bullarum retentionem, num. 20.

Novitates, & abusus valde duri vulgo apparent, num. 21.

Vniuersalis vulgi opinio est quodam modo ius naturale, non artificiosè, sed originaliter inuentum in seipsum, num. 22.

Rescriptum Principum insolitis non est parendum, num. 23.

Insoluitum dicitur, quod non solet fieri, solummodo quod aliquando factum fuit, num. 24.

Contra insolita rescripta præsumitur, idè in eorum executione suspensendum, num. 25.

Rescriptum continens inconsecta suspectum est de falso, num. 26.

Abusus dicitur perperam, & contra ius, ac rationem vti, num. 27.

Abusus in iure vocatur perniciosus, detestabilis, & illicitus, ibid.

Abusus notorius in materia retentionis ille dicitur, quoties in illo actu usus nullus stat, num. 28.

In Regno Francia appellatur ad Senatum ab abusu notorio factis per Ecclesiasticos contra sancta Decreta, & concordata, num. 29.

De abusu notorio potest Curia cognoscere, quando veniat quis contra auctoritatem Regiam, n. 30.

Et contra sancta Decreta, & concordata, n. 31.

Abusus notorius est trahere Regnicolam extra Regnum, à quo in Francia appellatur ad Curiam, num. 32.

Regalium tanta est vis, vt si quis aliquid impetret in diminutionem iuris Regis Curia rescindit, num. 33.

Retentionem Bullarum ex abusu, & nouitate scandalis genitricis, status perturbetur licitè fieri, iustitiamque & legitimam esse causam multi probant, num. 34.

Litteræ Apostolica præter violentie retinentur quando continent nouitatem circa decimas, aut redectimas, num. 35.

Novitas, & abusus notorius violentia quadam est, num. 36.

Princeps inter personas Ecclesiasticas potest obnuere nouitati, & abusu notorio, ne pax publica turbetur, & commune bonum detrimentum patiat, num. 37.

Pro nouitatibus vitandis Imperiale implorandum auxilium, num. 38.

Prærogata Regis, aut Regni, expressè, & tacitè concessa per Sedem Apostolicam tolerantiam irrevocabilia, & intacta esse debent, cum fuerint in remunerationem seruitorum concessa, & tolerata diu, num. 39.

Si negligenter ea, qua male usurpantur amittimus, excessus via alius aperitur, num. 40.

Prærogata, & tolerata consuetudines Regni, & Regis tanquam factæ, & induta à protectibus, & defensoribus Ecclesie, nec conuellende, nec mutanda à Pontifice sunt, num. 41.



ROVERBIOREM capitul. 22. Sapiens ait: f. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui. Et Deuteronom. cap. 8. Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi. Reperitum in cap. 8. Job. Interroga nim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam. Et per Hieroniam docemur cap. 6. State super viam, & videte, & interrogate de semine antiquis, que sit via bona, & ambulata in ea.

Laudabiles igitur consuetudines in aliquibus f. Regnis, & Prouinciis à Sancta Sede Apostolica diu toleratæ, prærogatæ ob remunerationem concessa Regi, aut Regno, intacta semper manere debent, nec nouitate turbati, vt ex mutatione, & abusu videatur vtile nasci, et mirifice docet Diuus Augustinus episc. 118. c. 5. ibi: Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam qua adiunat utilitate, nouitate perturbat, &c.

Nouitatis quidem, & abusus f. is est inquit effectus, turbatio Reipublicæ, ac iniquis publici status. Tanquam summo opere noctuæ, nec sunt introducendæ, vbi euidens, atque manifestissima utilitas non detegitur; exornant nonnullis, & contra nouitates acriter scripterunt, Arias Pinellus in l. 2. part. 2. capitul. 4. num. 2. C. de rescindenda vendition. Alciatus regul. 2. præsumptio. 80. Ioann. Neuzan. consil. 26. num. 9. Manchaca de successione. creat. §. 30. num. 312. Mantica in Enchirid. rerum singul. cap. 5. Patet Villalobos in loco statim referendo, Menochius præsumpt. 34. lib. 5. & in consil. 301. num. 16. voluim. 4. & in consil. 1042. num. 11. Franciscus Vilius decisio. 255. num. 26. & sequentibus, Rebuffus in Rubrica de rescriptis, num. 25. & in tractatu nomination. quest. 30. num. 34. Castillus Ramirez de lege Regis, §. 11. num. 31. Gregor. Lopez in l. 33. tit. 12. part. 5. Doctissimus D. Ioann. Baptista Valençuela Velafquez in consil. 24. à num. 1. cum sequentibus, somo 1. vbi referit Ludouicum Morocum responsio 99. num. 1. & sequentibus, vbi & illud refert Tertulliani: Nouum omne, & incognitum quod est, suspectum est; & addit, quod maxime reprehensione dignus est, qui nouitates introducit, ex cap. hac autem scriptissimus 33. distinction. etiam si bono animo id facere dicat, cum adhuc ex eo detur origo malorum: nam vt ait Lucianus lib. 1. verarum historiarum. Sæpè numero etiam mutatio in melius maiorum malorum consueuit esse principium, addit idem Valeruelametiple quod inquit, Cæsar. lib. 6. de bello Gallico, nemo est tam fortis, qui non rei nouitate turbetur, & vltra eum Franciscus Baldinus in §. 7. sed naturalia, num. 24. & 25. Notabiliter obseruatur quod periculosa est omnis in Republica mutatio legum, nam eam sequitur repentina quædam, & motum, & vitæ mutatio; videndus Pater Villalobos in Summa, tit. 2. de las leyes, distincul. 37. num. 2. Quare dicit Consultus in l. penultim. ff. de constitut. Principum, ibi: In rebus nouis constituendis euidenter esse utilitas debet. Sancti Thomas 2. 2. q. 79. Soto de iustitia & iure, lib. 1. q. 7. artic. 1. Sarmiento lib. 2. selectar. capitul. 4. num. 9. in fine, Simancas de Catholicis instr. tit. 31. num. 18. Menochius consil. 52. num. 154. & plures relati à Bobadilla in Politica, lib. 1. cap. 5. num. 9.

Semper

Semper enim nouitas nocua est Reipublicae, & scandali nutritiva ex supradictis, & specialiter probandis inferius. Docet Leo Papa lib. 12. epistola 82. ad Anastasium, capitul. 2. Si ea destruerem, quae Antecessores nostri stauerunt, non conuictor, sed excusor esse in se comprobaret, testante ueritate uoce, relatus in cap. si ea destruerem 4. in ordine. 25. quest. 2. & in capitul. 2. ibi: Nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari, &c. & in cap. 3. ibi: Nec praetermitti possit hoc, quod antiqua Patrum institutio.

Conducunt alia plura iura Ciuilia adducta supra cap. 1. à num. 181. uers. Atque tandem, &c. Conducit quod S. Ioann. Chryostom. super Psalmo 45. ibi: Non enim pro uxoribus & liberis & ancillis, patriaeque euerfione, & captiuitate, sed pro lege, & patria Republica pugnant, &c. Canonica etenim instituta, & ecumenica Concilia Patrum antiquitus disposita, & laudabiliter obseruata in Regnis, motibusque Proinciuarum recepta & custodita semper conseruanda sunt, & in tuto esse debent. Facit illa celebris sententia Cassiodorij lib. 2. epistola 4. Delectamus uetustatis inuenio, & sequi regulas constitutas libenter amplectimur, quia locus surreptionibus non relinquimur quoties rationabiliter constituta seruantur. Idem Cassiodorus lib. 16. epistola 25. Et Magister Aluarez Archiepiscopus Trauenfis in Isaiam, cap. 11. num. 13.

Erasmus à Cochier. in Thesaur. Politicor. 1. part. lib. 1. capitul. 5. in uersicul. Nec mente tantum, cum P. in Gallo, inquit: Maiorum enim instituta tueri, sacris ceremonisque retinendis sapientis est. Et conducit ualde notabile illud Maxenatis prudentissimi uiri consilium, quod refert Dioecius lib. 5. bifloriar. Simancas de Catholicis institut. tit. 46. num. 21. & Petrus Gregorius lib. 33. Synagmas. cap. 7. num. 8. & lib. 8. de Republica, cap. 2. num. 14. Diligentissimus Praeceptor noster D. Ioan. à Solorzano de iure Indiarum, lib. 2. cap. 16. num. 73. Deum semper & ubique cole, ut moribus patriis est receptum, ad eundemque cultum alios compelle, &c.

5 Cum ex nouitate, abusu, & mutatione conturbatio populorum oriatur, & seditiones atque discordias saepe numero generari per nouitates, dicit text. in cap. cum consuetudinis de consuet. Alciatus in tractat. de praesumption. regul. 2. praesumption. 30. Menochius lib. 5. praesumption. 34. num. 2. Ancharanus consil. 157. num. 4. Iaff. in l. in rebus, num. 2. ff. de constitutione. Princip. Rebuffus in repetition. Rubrica de rescriptis, num. 25. uersicul. Item in rebus, & in titulo nomination. 5. quest. principali, num. 34. iuxta illud Aphorismum Hippocratici: Omnes mutationes periculose. Omnis enim nouitas praesumitur mala secundum Iaff. ubi proximè, num. 5. Ecclesiasticae moderationi (inquit Gregorius Papa) est omnino conueniens, ut qua ordinata fuerint, uel rationabiliter decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari, in cap. Ecclesiasticae in ordine 25. quest. 2. repetitum in cap. 1. 35. quest. 9. ibi: Omnibus modis Ecclesiastica disciplina, uel moderationi conueniens est, ut qua rationabiliter ordinata fuerint, uel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari. & in cap. non puto. 25. q. 2. ibi: Ea, quae sunt ab Apostolicis eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla dissensione uolentur, nulla concertatione

turbentur, &c. & in cap. privilegia 3. in ordine eadem causa, & quaestione, ibi: Nulla possunt iniquitate conuelli, nulla nouitate mutari, &c.

Quae ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, & nulla commutatione uariantur, nec ad priuata trahantur commoda, quae ad bonum sunt commune praefixa, sed manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo iniuste uisurper alienum, sed intra fines proprios atque legitimos, pro ut quis ualerit in latitudine se exerceat charitatis, inquit, ad litteram Pontifex in cap. quae ad perpetuam 25. q. 1. Conducunt uerba textus in l. testamenta 18. ibi: Mos namque retinendus est fidelissima uicissitudo conducunt bene l. 2. ff. de constitutionibus Princip. l. minimè, ff. de legibus.

Quod Patres nostri, siue in sanctis Canonibus, siue in mandatis afixere legibus excedere minimè debemus: contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino stauerunt consilio, intactum non conferuamus, &c. Ut uerbis utar Leonis Papa 1. V. relatis in cap. ideo 25. quest. 1. & in cap. quod uerò 25. quest. 1. ita ait Pontifex: Quod uerò dicitis nostris temporibus seruari debere, quae à meis quoque praedecessoribus tradita, atque custodita sunt, ab his à me, ut statuta maiorum consecratis uerbis meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi iniuriam facio, si fratribus meis iura perturbo, &c.

Quoniam ex nouitate, & abusu intentato contra ea quae antiqua traditione, & consuetudine sunt à nostris Patribus, & Praedecessoribus admittunt, & constanter obseruata detrahunt iuri publico, & inde tumultus & dissentionis occasio datur, pacemque publicam turbati probabiliter timere debemus.

Siquidem nouitas, & abusus maximum uinculum, & affinitatem habent cum scandalo, & tamquam causa à causato inter se habentur, quod omni conatu euitandum. Docet Pontifex in cap. quod dilecto, de consanguinitate, & affinitate, in hac mirabilia uerba, ibi: Vnde in hac parte consulti duximus multitudinè, & obseruata consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi stauerunt quadam adhibita nouitate, &c. Quo alio testimonio huius ueritatis egemus, aut quærimus? Probat insuper textus in cap. consuetudinis, de consuetudine, ibi: Et plerumque discordiam pariunt nouitates: nouitas (dixit Ioannes Chryostomus homilia 9. ad Corinth. 2.) omnium animos effundit, ea uerò acerbiter maiorem afferit, quae priscorum rituum fundamenta effringit, ac leges radicibus euellit, &c. Semper enim nouitates Rempublicam laedunt, ut ex Aristotele refert Patricus de Republica, lib. 3. tit. 1. num. 44. ibi: Ciuitatis statum diligant, consentient eo nihil moliantur, nihil cogitent, quod alienum, nouumque sit, sed eam uiam ire pergant, quam maiores instituerunt, quaeque aliorum uestigia atrita sunt, nouarum enim rerum studium semper Rempublicam labefactare solent, quam eam aliqua ex parte meliorem reddere, &c. Mimis enim periculosa sunt nouitates, solentque in Republica desiderium parere, pro ut late probat Menochius lib. 5. praesumption. 34. & diximus sup. à num. 1. cum segg.

Et cum hanc recognouisset ueritatem Pontifex & Symmachus in quadam Epistola ab eo

eo scripta, & missa Episcopis Franciae, haec dixit: Sedes Apostolica instituta sollicitant, ut de concordia uniuersalis Ecclesiae perniciosa cura traherent, quae in eo praecipue efficacius adoleuit, si ea quae à Patribus statuta sunt, aras subsequens uenerenter obseruet. Quam Epistolam ad litteram refert Patet Azorius in institution. moral. lib. 3. c. 36. littera E.

Ex hoc fonte prouenit doctrina Cardinalis in consil. 8. proposita quaestio. in fine, prudenter & docentis, quod Episcopos non debet mutare consuetudinem, ex qua Princeps dñi contulit beneficia à se fundata, quando ex hoc dubitatur de scandalo inde orituro, sed debet rescribere Papae, qui consuetudinem uel eradicet, uel confirmet.

Quod plurimorum doctrina comprobatur communiter recepta affirmantium, Regem etiam iniuste possidentem Regnum aliquod à restitutione necessitate excutiatur, si ex ea damnum, aut periculum aliquod timeatur in suo statu, atque si dama magna inde consequeretur Respublica, quos in unum conegit Praeceptor noster D. Ioan. de Solorzano in tractatu de iure Indiarum, lib. 3. cap. 8. à num. 25. cum sequentibus, cuius doctrine argumento Nauartus in Commentar. ad reer. in cap. cum minister. 23. quest. 1. & in Epistola ad Ducem de Alburquerque, uersicul. Ad primam igitur, pagin. 368. Defendit retentionem Regni Nauarrae (quod etiam nunc possident nostri Reges Catholici) eò quod per restitutionem praesati Regni certum est (inquit) aperuim ire ostium Gallis inferendi maxima dama in alia Regna Hispania per montes Pirineos; & in similibus calibus praefatam doctrinam probant Episcopus Chiapi, Victoria, Acosta, Ioann. Matienzo, Ioann. Borerus, Rebellus, Freitas, & alij, quos studiose conegit Solorzan. modo citatus à num. 29. & à princip. illius cap. 5. uidentur.

12 Et supra scriptam Cardinalis doctrinam referens sequitur & Felin. in cap. nihil, sub num. 4. uersic. uigesimo sexto, de praescriptionibus, quem, & alios sequitur Palatius Rubens in tractatu de beneficiis uacantibus in Curia, §. 11. column. 3. ad fin. & column. sequenti, in hac: Vnde licet de iuris rigore Papa praedicare possit irripatronatus laicorum, ut traditur in allegatis iuribus, tamen non est sciendum cum tanto Regis, & Regni scandalo, ut dicit Ioannes Immola, dist. cap. 2. uersic. Pontifex in fine, de praebendis, lib. 6. quem alij sequuntur, & Franciscus Cardinalis cap. praeterea l. 1. de iure patronatus & in consil. 57. refert & sequitur Felin. in cap. nihil, de praescriptionibus, column. 2. uersic. 26. dicentes: Quod si ex consuetudine immemoriali Reges habent ius conferendi praebendas, & ex huius consuetudinis violatione oritur scandalum, permittendum est sibi, ut beneficia conferant, quia cum scandalo nihil sciendum est, capitul. nihil, de praescriptionibus cum concordantiis; multo fortius.

Idem uidetur circa praenotationem, quae cadit in laicum, & notatur in cap. quanto de iudiciis, ad hoc bene facit, quod notanter uoluit Immola in cap. Inquisitione, de fement. excommunication. in fine. Vbi dicit, quod si ex praeepto iniusto Papae uehementer praesumitur & statum Ecclesiae turbari, uel alia mala uentura esse, non esse parandum mandato, imò peccaret quis obediendo; cum debeat futura mala praecauere, non

iurare secundum eam, quem omnes sequuntur, &c. Imò propter scandalum uitandum recedi potest & à forma data à Superiore, Felinus in dist. cap. nihil sub num. 4. uersic. Trigesimo secundo, & latius in capitul. cum dilecti, column. 33. uersic. Limita septimo, de praescriptis. Haec Palatius Rubens.

Cui consonat, quod propter uitandum scandalum & probabiliter oriundum Ecclesiae non petit decimas in terris, & Proinciuis, in quibus non conserunt dari, imò praelegit lesionem talis damni ad euitandum periculum alterius maioris mali, pro ut est scandalum, & status publici turbatio, ut fimat Cardinalis Turcremata in cap. si tributum. 11. quest. 1. num. 1. per totum, & per eum fatetur Marta de iurisdictione. 1. pari. cap. 25. num. 43. sequitur Felinus in dist. cap. nihil, sub num. 4. uersic. Trigesimo tertio, ubi ad finem dicit, hanc doctrinam loco & exempli esse secundum Glossam, esse applicabilem ad multa, quae Ecclesia tolerat ob scandali timorem, quae ipsemet Felinus recenser in cap. 1. de regna & pace. Quia multa per patientiam tollerantur & quae si fuissent iudicium deducta, exigente iustitia tolerari non deberent, ita dicit Pontifex in cap. adnum. de praebendis, Alexand. Ludouic. decis. 162. num. 11. ubi alij citantur.

Cui adaptatur Glossa in cap. in instit. 4. dist. uerb. Indicent. quae per textum ibi dicit: Cum ergo Papa uult condere Canones, Episcopi & possunt contradicere, & dicere, Canon iste non conuenit consuetudini Regionis nostrae, &c.

Ex hac etiam ratione multi probant Doctores, à mandatis, & legibus principum superiorum, & Pontificis licere supplicare ex iusta causa, quae tunc talis iudicatur, quando moribus laudabilibus, & uertutissimis alicuius Regni, aut Proinciuae minimè conueniunt, maxime à Constitutionibus Summi Pontificis Pastoris, & Principis uniuersalis Ecclesiae, quae sub se tot complectitur Proinciās, & Regna, quorum mores, & consuetudines probabiliter (quia in facto, & non iure scripto consistunt) ignorare praesumitur, ac propterea supplicare licet iudicant Doctores omnes, cum ex hac nouitate, & morum mutatione turbatio Reipublicae, & status Ecclesiasticae probabiliter timeatur, & exinde facillimè scandala ori assolent (ut dictum est) probant Castro de lege penal. libro 1. capitul. 1. folio 8. sub littera B. Manuel. Rodriguez quaestio. Regul. tomo 1. quaestio. 6. articul. 7. Suarez de legibus, lib. 4. capitul. 16. num. 6. & Salas de censur. tomo 2. articul. 3. disputat. 4. conclusio. fin. Salas de legibus, tractat. 14. disputat. 13. sect. 4. Anguianus de legibus, controuers. 5. num. 2. & per totum, Bañez, & Salon. quos referens sequitur Salas dista section. 4. Suarez ubi proximè num. 4. Sed quia de hoc articulo plurima conegit supra hac 1. pari. capitul. 2. uersicul. Nam ut inquit, Suarez à num. 148. cum multis sequentibus. Ad quae te remitto, uictus non tracto.

Et cum haec nouitates, & abusus sint genitrices scandali, & turbationis pacis, & tranquillitatis publicae, ex quibus notabilia damna, & inconuenientia dilabuntur, omnimodo praecauenda sunt, iustaque tunc causa & legitima dicitur ad suspendendam executionem litterarum Apostolice

Apostolicarum, ne pax publica turbetur, & bonum commune detrimentum patiat; propterea huic articulo abusus, & nouitatis eas omnes doctrinas poteris applicare, quas longa manu coniecimus in capitul. 4. & capitul. 5. supra hac 1. parte. Quae omnino conueniunt ex identitate rationis, & ex praecisa, & necessaria consequentia, vt haecenus in hoc capite vidisti. Cum ex nouitate & abusu oriatur scandalum in damnum Reipublicae, atque utilitatis publicae.

21 Nouitates, & insolita, seu t abusus (quae idem sunt in effectu) acerbissima, & valde dura, & aspera vulgo semper apparent, quae omnino praecauenda sunt, vt dicit Patianus in consil. 113. num. 7. vsque ad num. 12. folio 69. ibi: Quod vulgo insolitum, ac durissimum videtur, id quippe à iudicio fieri non potest, debemus etenim cauere. t ne aliquid iudicando, vel consulendo dicamus, quod vulgo videatur iniquum, quia vniuersali vulgi opinio, est quodammodo ius naturale, non artificiosè, sed originaliter mentibus hominum inscriptum.

23 Quare insolitis rescriptis Principum parendum t non esse, sed imò sperni dicit Menochius consil. 1. num. 343. Giurba decisio. 47. num. 1. & 2. vbi dicit. Idcirco libenter Imperatorem concedere, in l. rescripta, C. de precibus Imperator. offerend. rescripta, mandataque sua non obseruari, si iuri repugnent Aldouinus consil. 20. num. 58. Saecia de iudiciis, cap. 53. sub num. 33. Cartharius de execution. sentent. capto Bannito, cap. fin. n. 341. plura apud Grammatic. consil. 45. num. 38. & 39. Farinac. quaest. 37. num. 74. Bolognae. consil. 1. Peregrinus consil. 2. sub num. 143. volum. 2.

24 Insolitum nempè dicitur, t quod numquam solet fieri, nam cum solitum dicatur, quando aliquid fuit aliquando factum vna vice, l. nulla, §. sed si alimentis, ff. de alimentis, & cibariis legat. vbi Bart. Curtius Junior. consil. 19. num. 4. Angelus, & Paulus Castrenf. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iud. Zephalus consil. 8. n. 31. volum. 1. Doctissimus Praeceptor meus D. Ioannes à Solorzano in tractat. de iure Indiarum lib. 2. cap. 24. num. 89. Decianus in consil. 124. num. 8. lib. 2. Craueta consil. 899. num. 6. Tufchus lib. 6. lit. S. concl. 334. num. 11. Castillo in tract. de tertis, cap. 9. num. 53. in fin. vltra quos Doctores ex aliis nempè, ex Alexand. Raud. Petro Surdo, Gozadino Branole à Sole, Antonio Gabrieli, & aliis diximus in tractatu de Regia protectione, 2. par. cap. 9. à num. 21. cum sequentibus ita è conuerso, insolitum dici, quando numquam factum fuit, probauimus ex aliis, ibidem num. 23.

25 Hinc contra insolita rescripta, t & inconsumpta praesumendum est, adeò vt in eius executione sit suspensendum, probant Felin. in cap. 2. num. 16. de rescriptis; vbi etiam textus, pro quo facit textus in cap. in memoriam, 19. distict. Abbas in dict. cap. 2. & in cap. ex parte. el. 1. in fin. de officio de legat. & in cap. cum instantia prope fin. de censibus, textus in cap. ex parte, de Capillis Monachorum, & in l. sacri affatus, & ita ibi sumat Bald. de diuersis rescriptis, cap. portetia, vbi Glossa magna in verbo, Confirmat, de confirmat. vtili, vel inutili. Roman. consil. 378. quaestio est, num. 12. versicul. Secunda ratio, Decius in cap. ex parte, versicul. Nota tertio Ro-

landus à Valle consil. 39. num. 29. volumin. Mandol. super Regula Chancellar. de infirmis, quaest. 16. num. 8. & ex aliis probat Mascardus de probationibus, conclusioe 1275. à num. 3. qui num. 11. dicit; quod rescriptum continens t inconsumpta, etinetur suspectum de falso, per Ripam in dicto capitul. 2. num. 31. col. 8. & 9. Curtium Junior. in consil. 174. Abbas in dict. cap. ex parte, per text. in cap. quamuis, de rescriptis in 6. & ex aliis probat Mascardus ibidem.

Pariter etiam abusus dicitur, t perpetuus, & male vt contrarius, & rationem, l. plenum, §. 1. ibi: Non vsque ad abusum, ff. de vsu, & habitatione. Qui propterea in iure aliquando vocatur abusus perniciosus, vt in cap. perniciosus, de celebratione Missarum, aliquando detestabilis, vt in cap. si Canonici in fin. de officio Ordinar. in 6. aliquando nequit abuti, vt in cap. Sedes, de rescriptis; aliquando abusus dicitur illicitus vsus, cap. vt privilegia, de privilegiis; & cap. privilegium 11. quaest. 3. Lucas de Penna in l. vsus aquae, column. 1. C. de aqua ductu, lib. 11. Guido Papa singulari. 577. vtrum quis, Rebuffus in tractat. de congrua portio. quaestio. final. Rebuffus ipse in l. bona ciuitatis super verbo, Abusine, vers. Abuti etiam dicimus, ff. de verborum significatione, & per Archidiacon. in cap. quamuis, de officio delegat. in 6. & Lucam de Penn. dicit ipse Rebuff. in tractat. de appellatione tamquam ab abusu, num. 11.

Et tandem in nostra specie t abusus notorius ille dicitur, quoties in actu, qui geritur vsus nullus stat, l. ob qua vicia, §. idem Pomponius, ff. de adilio editio, & latius explicauimus Nos de Regia protectione, 1. par. cap. 1. à num. 116. & sequentibus.

26 Qui quidem Rebuffus ibidem t dicit, in Regno Franciae introductam esse appellationem, quae vocatur à notorio abusu, quando scilicet palam, & notorie quis sanctis decretis, ac concordatis, priuilegiisque Galliae perperat vtitur, iuxta illud Cicerois pro Roscio Amerino: Quid est aliud iudicio, ac legibus, ac maiestate abuti? Et ibidem idem Rebuffus in num. 8. dicit, posse de notorio abusu Curiam t cognoscere, quando quis venit contra auctoritatem Regiam, vt si in illo Regno Comes Palatinus legitimet in temporalibus, vel creet Notarios, vt tunc ab ista legitimatione appellatur ad Curiam Regiam tanquam ab abusu secundum Guillelmum Benedictum in cap. Raimuntius, in verbo, & uxorem, num. 197. & sequentibus, Austeriam in stylo Parlamentis, ar. verso, 251. & ipse Rebuffus in num. 10. Quando quid sit contra sancta t Decreta, & concordata, vt puta, quando quis omisso medio velit appellare ad Papam, vel quando Index delegatus ab eo voluerit cognoscere in prima instantia, vt ob abusum notorium appellatur ad Curiam Regiam.

Et in num. 11. recitat ipse Rebuffus casum, quando t contra priuilegia Regni aliquid fiat, vt si aliquis exterius trahat aliquem Regnicolam extra Regnum, secundum Austerium in stylo Parlamentis, ar. verso 259. & ar. verso 269.

Hinc dixit Renat. Choppinus de sacra Politia, lib. 1. tit. 7. num. 2. ibi: Tanta t vis est Regaliorum vt si quis moliarur Romani Pontificis candidatus, quo Regium ius minuat, id velut abusu ne factum rescindat Curia, &c.

Cum

34 Cum igitur ex abusu, & t nouitate perturbatio itatus, atque simul inde scandalum oriatur, merito dicunt Doctores, iustam & legitimam esse causam, vt à Senatu supremo fiat litterarum Apostolicarum reuenter retentio, probant Driedorius in lib. de libertate Christiana, pagin. 183. cuius verba ad litteram retulimus supra capitul. 2. à num. 5. Salzedus in praxi crimin. Canon. cap. 54. num. 22. Martinus Nauarrus in cap. cum contingat, remedio 1. versicul. Decimo facit, de rescriptis, Auericus de potestates seculari super Ecclesias, folio 30. Simancas de Catholicis institution. tit. 45. num. 35. Azeuedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilation. à num. 45. vbi dicit, quod etiam in sententia Principis suspensendum est, quoties aliquid irregulare, & nouum praecipit, post Felinum, Doctum, Cepolam, Palatum Rubicum, Suarez, Guillelmum Benedict. Castaneum, & alios plures, ex quo inferat ad nostram, de qua agimus Bullarum retentionem, vt sit iusta causa quando in eis praecipitur quid nouum, & irregulare, & fere omnes, qui de iustificatione huius retentionis litterarum Apostolicarum tractant, quos recentius supra cap. 2. à principio, id ipsum constant, & committere affirmant.

Et ipse Azeuedus in l. 1. tit. 6. lib. 1. Recopilation. ante finem, vbi dicit, litteras retineri Apostolicas t praetextu violentiae, quando continent nouitatem decimarum, aut decemimarum. Quia nouitas in decimis tendis & exigendis, nec inducenda, nec permittenda est, sed antiqua in illis percipiendis consuetudo seruanda, ob vitandum scandalum, & commotiones inde oriundas, Glossa verbo, Decimarum, versicul. Alij dicunt, in cap. 1. de decimis in 6. & ex notatis per Bald. in l. 3. num. 6. C. de seruic. & aqua tradit Barba. in additio. fin. ad eum, & ibi Anton. de Butrio in cap. 2. num. 1. de decimis; dicens contra tales nouas exactiones de iure praesumi, Anton. Faber. lib. 1. sui Codicis, tit. 2. de sacrosanctis Eccles. diffinit. 63. Paponi. lib. 1. tit. de decimis, Arreito. 3. Vincent. de Franchis decisio. 124. num. 3. Azeued. in l. 6. tit. 5. lib. 1. noue Recopil. num. 1. Inde vt Conatus ait, lib. 1. variar. cap. 17. num. 8. perpendi potest ratio vera, & sane iustissima, quae Catholicos Hispaniarum Reges, & praesertim Carolum Caesarem Inuictissimum induxit, vt publicis edictis veterint in his Regnis, decimas etiam à laicis exigere, quae per consuetudinem contrariam ne soluerentur, inductum erat, vt cautum fuit ab eodem Caesare in Comitibus Toleti, anno 1515. l. 14. & 76. & l. 19. & 56. quae hodie habentur in dict. l. 6. cum segg. tit. 5. lib. 1. Recopil. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 20. p. 1. glof. 3. ad fin. D. Ioan. Baptista Valenzuel. Velalquez in consil. 146. à num. 46. cum segg. Vbi singulariter perpendit damna Reipublicae, & seditiones ortas ex huiusmodi nouitate, & abusu. Idemque apud Gallos statutum fuisse à Philippo IV. anno 1353. & ex consuetudinibus Alborna. constat, tit. 17. ar. 18. & ex Bituri sensibus, tit. de consuetud. praedictis, §. 12. vbi Boerius, pluries ita fuisse iudicatum refert, traditque Carol. de Grassalib. lib. 23. Regal. Francia iure. 7. ex Ordinatione Philippi pulchri, Francorum Regis edita anno 1324.

Ratio est huius conclusionis, quia re vera nouitas, & abusus notorius violentia quaedam

est, t vt probat Martinus Nauarrus vbi proxime 36 in cap. cum contingat, remedio 1. vers. Decimo facit, de rescriptis, & Nos dict. cap. 1. sub n. 117. de Regia protectione; Ex ea nouitate etenim, & abusu notorio violentiam laudabiles consuetudines, & vetustis vsus iura, & priuilegia Regni, aut Regis; ac inde vim notoriam fieri, quid dubitat; h. subuertantur.

Vnde fit, vt Principes inter personas Ecclesiasticas possint nouitati insolita, & abusu notorio obuiare, ne pax publica t turbetur, & commune bonum detrimentum patiatur, vt post magnam Doctorem ceterum, probat Cened. in collect. 1. p. col. 5. num. 2. & post S. manchas, & alios idem probat ipse Cenedus in quaest. Canon. 45. num. 6. & 7. Nos in tract. de Regia protectione, 1. p. cap. 1. à num. 116. vbi alios allegamus ad hoc propositum.

Hinc docet Imperator t Iustinianus in l. 1. C. 38 de veteri iure enucleando; quod in nouitatibus remedium Imperiale imploretur, ubi: Augustum imploretur remedium, quia ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus praeposuit, vt possit omnia, quae nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis, ac rebus competentibus tradere, &c. Hinc Poëtra de Didone testatur:

Res dura & Regni nouitas me talia cogunt Moliri, & late fines custode tuari.

Ad curam enim Regis pertinet nouitates, quae in Republica moluntur, festinanter euellere, iuxta notabilem Epistolam Regis Antiochi, quam ad litteram refert Iosephus lib. 12. antiquitatum, cap. 3. in haec: Rex Antiochus Zenexidi patri salutem: Si males bene esse quoque uideo. Quia quosdam in Phrygia, & Lydia res nouas moliri audio, uideoque hoc negotium curam meam deponere, quapropter consulisti de hoc re amicis, placuit mihi ex Indis, qui Babyloniam, ac Mesopotamiam incolunt, duo milia familiarum cum tota suppellectili eo traducere, & locis opportunis praesidia disponere, &c. Eandem refert F. Ioann. de la Puente en la conueniencia de entrambas Monarchias, lib. 2. cap. 17. §. 6. ad finem.

Igitur priuilegia Regis, aut Regni à Sancta Sede Apostolica concessa ob remunerationem t seruitiorum Ecclesiae gestorum ab eisdem Rege, & Regno (tanquam protectioribus, & defensoribus acerrimis Sanctae Ecclesiae Catholicae Religionis) suae expressa, suae tacita ex permissione, & tolerantia ob hanc causam, ceteraque laudabiles, & vetustissima consuetudines diu vigentes, vt late probatur in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilation. inuoluntate debent permanere, & incommutabiliter confirmari, nulli subiectae alterationi, nec nouitatis turbationi, iuxta textum in cap. cum longe, 63. distinctione, bi: Saluo priuilegio vniuersiusque prouincia. Ne Republica ista commotiones, & scandala patiatur, sine cuius maximo detrimento quatuor in his nouitas securè non transibit; talia quippe priuilegia, tanquam facta in remunerationem seruitiorum, quae transeunt in vim contractus, non possunt reuocari. Infinitos penè Doctores conuincit Giurba consil. 89. num. 14. & infra latius in consil. 114. à principio, & à num. 4. cum multis sequentibus, & consil. 94. num. 12. & in nostris terminis, quod huiusmodi priuilegia concessa Regi, vel Regno, cum sint in remunerationem seruitiorum, & obsequia in Ecclesiam praestita, transeunt in vim contractus, &

I

facta

facta dicantur ob causam onerosam, & ideo non posse reuocari, in terminis Pater Henricus libro de Pontificis clauis, capitul. 24. late per totum, Azucuedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilacion. à num. 42. & supra. In finitio alios Doctores Theologos in iis terminis loquentes laudauimus supra capitul. 2. à num. 196. vsque ad num. 199. Ideo nihil mirum, vt per Bullatum retentionem earum executionis suspensionem, necnon humilem supplicationem ad Sanctissimum tanto damno publico obuietur, & celeriter occurratur, vt nulla nouitate turbentur in notabile tot damnum & perniciem, scandalumve horum Regnorum, omnimodo precauendum.

Facit optimus textus in cap. loci 29. quast. 9. ibi: *Ecclesiastici quippe vltoris ordo confunditur, si aut temere illicita presumentur, aut non concessa impudenter tententur; proinde si negligenter ea, que male usurpantur, omittimus, excessus viam proculdubio alius aperimus, &c.* Quae quidem verba repetuntur in cap. peruenit 93. distinctione, in fin. Quare ne occasio aliis nequiter impetrantibus detur, sed via omnino omnibus claudatur, saltem importunitatibus, & suggestionibus diligenter occurrendum est, atque huiusmodi damnis Reipublice per cosdem cautis.

Et insuper quoniam huiusmodi priuilegia tam expressa, & quam tacita ex tolerantia iusta Sedis Apostolicæ, vt inquit, dist. l. 14. cum facta sint, & tolerata Regi, & Regno tamquam protectoibus Ecclesiæ, & acerrimis defensoribus; intacta semper debent permanere, vt proficitur Gregorius Pontifex Bonifacio I. defensori Ecclesiæ, relatus in cap. institution. 7. in hæc: *Institutionis nostre decreta, que pro defensorum sunt priuilegia, & ordinatione disposita, perpetua stabilitate, & sine aliqua constitutum reuocatione seruari, siue qua rescripto decreuimus, siue qua in nostra presentia videntur esse disposita, nec à quoquam Pontificum in totum, vel in partes, ea qualibet occasione conuelli, decernimus, vel mutari, &c.* 25. q. 2. qui textus ad multa dignus est ponderatione.

CAPVT VII.

Priuidicium tertij an, & quando legitima causa dici poterit, vt Bullarum retentione licite permitatur.

SVMMARIVM.

- Priuidicium obiectum est, quod iustum est, iuxta Aristotelem, num. 1.
- Violentum est, quod iniustum est, & contra legem, num. 2.
- Potestatis suprema prætextu à licito recedere non licet, num. 3.
- Destructio paratur ciuitati in qua legi magistratus presunt, non istis lex, num. 4.
- Principes, quibus Deus nomen suum communicauit, ea puritate nitere procurent, que tanto nomini conuenit, num. 5.
- Vbi non est cura iuris, pietas, & fides; instabile Regnum est, num. 6.

Sublata iniustitia, subleuat orbis terrarum vniuersus, num. 7.

In plenitudine potestatis Principibus data à Deo non veniunt illicita, num. 8.

Vera Principis potestas est, que in peccando posita non est ibid.

Potestas Principis absoluta a quo, & bono temperanda est, num. 9.

Deus non dedit Principi iniustitiam peccandi, nec auferendi alienum, num. 10.

Potestas Principis non cognoscitur, ubi subditis fit iniuria, num. 11.

Princeps quod ultra iniustitiam operatur, ex impotentia gerit, num. 12.

Id est posse, quod licet, & iuste fieri potest, num. 13.

Princeps non dicitur posse quod honeste non potest, num. 14.

Absoluta Principis potestas non cadit in Principe Christiano, cui nihil licet, quod diuino, naturali, aut Gentium iuri repugnet, num. 15.

Potestatis absolute mentio aliqua non habetur in toto iure, num. 16.

Pontifices, & alij Principes iuste statuere, rescripta omnia in priuidicium tertij emanata non exequendo, quia contra ius sunt, & Principis voluntatem, num. 17. & 18.

Contra ius naturale priuilegium concessum à Rege non valet, num. 19.

Priuidicium contra ius naturale dicitur, quo res alterius alicui conceditur, num. 20.

Ob publicam utilitatem res aliena auferitur data recompensa, vt pretio soluto, iuxta l. Partita, num. 21. & 23.

Littera contra ius naturale in priuidicium iuris tertij non adimpletur, num. 22.

Imperator Dominus est subditorum quoad protectionem ne vim patiantur, non tamen rerum particularium, quas auferre nequit, nisi ob causam publicam data recompensa, num. 23.

Imperatoris potestas & dominium, in gubernatione, & protectione subditorum consistit dumtaxat, non in rebus singularum, num. 24.

Rescripta, que à Rege impetrantur in priuidicium iuris tertij obedienda esse, non tamen exequenda, leges Regiæ enixè commendant, num. 25.

Princeps nisi ex iusta causa à lege approbata ius tertij tollere nequit, num. 26.

Nec ex plenitudine potestatis, quia à bono, & a quo temperatur, aliter non cadit in Principe Christiano, num. 27.

Princeps quantumcumque supremus de bonis subditorum non potest disponere, nisi ex iusta causa, & data recompensa, num. 28. iuxta veriorum opinionem.

Summus Pontifex sine causa alicui auferre beneficium, & alteri dare non potest, num. 29.

Pontifex ex iusta causa auferre potest beneficium alicui, data tamen recompensa, num. 30. & 31.

Causa publica utilitatis legitima dicitur, vt Princeps tollat dominium proueniens à iure naturali, aut gentium, num. 32.

Danda tamen tunc erit recompensa, num. 33.

Propter pacem, & concordiam potest Rex ius vniuersi alteri dare, num. 34.

Ex causa publica utilitatis superueniente potest Rex reuocare, aut modificare donationem, priuilegium, aut contractum à se gestum, quando grauer ladan: Coronam, num. 35.

Id tamen faciendum per legem generalem, num. 36.

Rex vel eius successor, an possit reuocare donationem, num. 37.

nam, aut priuilegium ob remunerationem seruitiorum, num. 37. remissiuè.

Rex ex causa publica utilitatis potest dominium tollere tam de iure Ciuili, quam de iure gentium quæsitum, intellige vt ibi, num. 38.

Nec Pape, nec Regi obtemperandum in illicitis, num. 39.

Littera impetrata contra ius tertij, tamquam contra ius naturale obtemperandum non sunt exequenda, sed suspendenda, num. 40.

Executor non suspendens executionem litterarum contra ius naturale, an debeat puniri, num. 41.

Et quid contra ius posituum, vel consuetudinarium, ibidem.

Contra rescriptum tollens ius tertij presumitur, cum sit contra voluntatem Principis, num. 42.

Papa tolerat suspendere executionem rescripti in graue tertij priuidicium obtemperando, num. 43.

Littera Apostolica retinetur in Senatu ob graue damnum iuris tertij ad effectum supplicandi Sanctissimum, num. 43.

Papa sicut quilibet alius peccat tollendo ius tertij, num. 45.

Rescripta contra ius tertij censentur impetrata ob nimiam importunitatem maxime Curialium, num. 46.

Priuidicium tertij iusta causa est retinendi litteras Apostolicas in Senatu, num. 47. & seqq.

Littera, quibus tollitur ius tertij radicatum iusto titulo ad beneficium cum deficiat potestas, sunt in Senatu retinenda, num. 50.

Littera Principis emanatæ super materia, in qua deficit potestas in principe non exequuntur, etiam accedente secunda, & tertia iustione, n. 51.

Litteras in priuidicium iuris tertij retineri in Senatu, nulli magis, quam ipsi Papa interest, num. 52.

Supplicare licet Clerico à litteris, quibus ius suum ad beneficium tollitur, vt melius informatus Papa illas reformet, num. 53.

Et peccaret Papa non admittendo hanc supplicationem, num. 54.

Ad Papam passivum cum Clero de prestanda certa summa nomine decime, si aliquem postea eximat à solutione, potest Clerus supplicare, num. 55. & num. 56.

Immunitas à solutione facta per Regem alicui particulari cedit in damnum Regis, non Regni concedentis certam summam, ibid.

À litteris in priuidicium tertij potest ad Papam supplicari, qui si non admittet supplicationem peccaret, num. 57.

Supplicatione reuenter, & cum causarum expressione interposita suspenduntur litteræ Apostolicæ in priuidicium iuris tertij, num. 58.

Contra mandatum Regis, aut Principis non dicitur venisse, qui pro maiori utilitate, & honore Papæ illud suspendit, num. 59.

Executio litterarum suspenditur, quoties timeatur maius damnum ex ea, quam ex dilatione, num. 60.

Ius tertij potest tolli per legem generalem que ceteros comprehendat, non particulari, n. 61.

Retentio litterarum in Senatu ob priuidicium iuris tertij, tunc habet locum dumtaxat quando ex executione earum inducitur violentia, aut aliud damnum publicum, num. 62.

Littera in derogationem iuris paronar. laici non tam retinetur ob priuidicium patroni, quam ob

damnum publicum inde illatum, ibidem.

Litteræ Apostolicæ in priuidicium iuris tertij tunc continent violentiam, si expendantur absque eius citatione, & causa cognitione, num. 63.

Iusta causa tollendi ius tertij, tunc presumitur in Principe quando facit cum citatione partis, non aliter, num. 64.

Princeps absque citatione, & iuris ordine aliquem condemnans iracundia motus suspendenda erit executio, num. 65.

Mandatum Principis contra ius diuinum, aut naturale inductum suspendendum erit, non exequendum, num. 66.

In executione rescripti suspendendum inferentia notabile priuidicium, num. 67.

Rescriptum contra ius tertij eo tamen non citato retinetur in Senatu, ne violentia fiat per executionem eiusdem, num. 68.

Pater Henricus declarat in confusione duorum remediolorum, appellacionis nempe ab executeore, & Bullarum retentionis remedio, num. 69. & sequentibus.

Tertius de cuius priuidicio conuenitur in Senatu, si fuerit ad id citatus, non vitur remedio retentionis litterarum, sed appellacionis ab executeore, quando excedat, & ob non delationem per viam violentie aditur Senatu, num. 70.

Si in expeditione litterarum Apostolicarum contra ius tertij, iste non citetur, nec causa cognitio adhibeatur ob violentiam sibi factam potest recurri retentionis vii, num. 71.

Priuatam iniustitiam saltem causariue publicam quandoque perducit perniciem, num. 72.

Iniustitia, qua ius tertij tollitur, vis publica est, num. 73.

NLLVD Principis Supremi obiectum est (inquit Aristotel. 5. Politicor. cap. 10.) quod iustum est: nec enim aliud iustum dicere solemus, nisi quod legis est, quod verò contra legem est, id violentum est, dixit Xenophon. lib. 4. moral. folio mibi 336. & lib. 1. de institution. Cyr. fol. 10. late Tiraquellus ad leges conuiciales, glossa 9. princip. Ambrosius de iur. 23. n. 18. Valenzuela Velalquez conf. 70. num. 14. Marius Giurba conf. 2. num. 16. Tunc quia ditigunt ad bonum publicum, & commune, Camillus Borrellus de prestancia Regis, cap. 31. num. 34. Tunc quia potestatis suprema prætextu à iustitia, & licito recedere non licet, cap. quisquis. 1. q. 3. exornat Paleotus in tractat. consultat. sacrarum constit. part. 2. q. 9. Callistus Ramirez de lege Regia, §. 1. n. 16. 17. & sequentibus.

Hinc Plato. lib. 4. de legibus, inquit, Paratum exitium est illi Ciuitati video, in qua non lex Magistratibus, sed legi Magistratus presunt, comprobatur Decianus libro crimin. cap. 30. num. 7. Borrellus de Magistratib. edit. lib. 3. cap. 4. num. 2. Petrus Gregorius de Republica, lib. 7. cap. 20. n. 2. & alij, vt per Mexiam de taxa. panis. concl. 7. num. 29. notat Boterus lib. 2. de ratione status, cap. penult. fol. 60.

Ideo Bellarminus de officio Principis, lib. 1. cap. 9. fol. 53. Principes (ait) quibus Deus non solum suum communicare dignatur, ea puritate nitere procurent, qua tanto nomini conuenit. Et Seneca in Trag. Thyest. inquit, ubi non est pudor, nec cura est iuris, sanctitas, pietas, fides, instabile Regnum est, & Sophocles ad Stobæum sermone 48.